



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Triapostolatvs Septemtrionis

Caesar, Philipp

Coloniæ Agrippinæ, 1642

24. Aegritudo, pietas, & mors S. Rimberti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43650

eum querere, quando ipse secum esset illum habiturus. Hæc dum quibusdam, ut diximus, narraret Dominus Rimbertus, ex hoc multisque alijs indicis asseruit, se esse certificatum, quod eodem anno de hac vita fore exiturus. Et ut memoria eius audientium animis per verba quæ recedens diceret artius imprimetur, hoc quod etiam ab eis amari nouerat ammonitiones eis salutares fecit, non mediocriter verbis eius in gratiam adificationis profluentibus. Posthæc valedicens illis discessit ab eis, nec ulterius, ut ipse prædixit, eum viderunt. Qualiter autem somnium hoc, quod modò protulimus, eidenti effectu in obitu ac depositione eius, ut ipse intellexerat, completem sit, congruè eo loco enarrabimus, quo commemorandum erit, qualiter anima eius ad cœlos subleuans sit, & quomodo corpus eius sepulturæ traditum habeatur.

CAPUT XXIV.

AEGRITUDO, PIETAS, & MORS S. RIMBERTI.

Duodecim igitur diebus antè transitum luum perueniens ad Ecclesiam Bre-mensem, ipso mox die infirmitate correptus est. Cumque per omnes horas infirmitas grauiter cresceret, ipse semper Psalmodijs & Lectionibus sacris intentus, lese ad futurum de hac vita transitum sollicitè præparabat. **E**t quanquam languoris immanitas corpo-

reis viri

reis viribus defectum ingereret, animo tamen semper inuictus Apostolicam prætendebat fortitudinem, de qua dicit: Quando enim infirmor tunc potens sum. Septimo autem obitum die ministerium sacrae Unctionis cum Oleo sancto ei fieri cœpit, & una cum Communione Corporis & Sanguinis Domini, usque in diem animæ exeuntis de corpore hoc salutare remedium omni die percepit. Et cum iam migratus esset de mundo, conuocatis Presbyteris & vniuersitis Fratribus, veniam petiuit de omnibus quæcunque fortassis in aliquem illorum peccasset: Et cum ipse vicissim reconciliationem fecisset omnibus Christianis, à quocunque in eum aliquid commissum fuisset, veniamque eis à Domino poposcisset, percepto Corpore & Sanguine Domini sacram animam emisit. Tum verò incredibilis gemitus omnium subsecutus est, maximè pauperum, has interfertus voces emittebantur: Vnde nobis Pater Sancte, quomodo iam post te viuemus, tuis eleemosynis in victu & vestitu haec tenus sustentati? à quo deinceps hæc merebimur? Sed pauperum super morte eius planctus. tibi, inquit, Christe supplicamus, ut anima Serui tui sentiat te nunc memorem ditorum tuorum, quibus promittere dignatus es, à te esse remunerandum quicunque vni ex minimis tuis aliquid solatijs in nomine tuo fecisset.

Post Unctionem sacram septem concubus diebus quotidie S. Communionem accipit.